Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



313

addnm inquid cum tribularer clamaui & exaudiuit me; Tunc exaudimur ad dno.
quando non simplex uox. sed tribulatio clamat addnm; Et deduxit eos in uiam
rectam. Quia uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. propterea deduxit eos in uiam
recta; Ergo ostendit quia ante inuenerunt quidem uias. sed pruas & non rectas. Et
deduxit eos in uiam rectam. uia deduxit eos in uia. Ipse dns atq: saluator deduxit eos in uia
rectam. fecit eos ut in se ambularent. ipse & doctor & uia. & deduxit eos in uia rectam
ut pha ciuitam. hoc est p dnm & saluatorem. Ut essent in ciuitatem habitationis. In ecclesia
eius quae fundata fuerunt sup ipsum & p & ipsum & uiam atq: doctorem. simulq: conside
rando. Quia in isto psalmo tertio dicitur; Confiteantur dno misericordiae eius.
& mirabilia eius filiis hominum; Quia saciauit animam inanem. & animam esurien
tem saciauit bonis. Eos qui inanes erant a gratia esuriae famem uerbi pasciebantur
bonis caelestib: saciauit; Sedentes in tenebris & umbra mortis. Uinctos in mendi
citate & ferro; Uinctum enim erat genus humanum catenis criminum. & carcere
diaboli mancipatum. & cur hoc accesserit. uide quid sequitur; Quia ex
acerbauerunt eloquium dni. quae mandauerat non custodientes. Et consilium
altissimi irritauerunt. qd dederat ut eligerent uiam; Et humiliatum est
in laboribus: cor eorum. Quia non exaltabantur in operib: dei. Infirmatus sunt nec fuit
qui adiuuaret. Coqd dni infirmi non essent. nec eum requirerent qui uerus est medicus;
Et clamauerunt addnm cum tribularentur & de necessitatib: eorum liberauit eos.
Defecit post originale peccatum humanum genus ut ne ratione p obseruans legem
uiuendi p mori sen. sed & de hac cum necessitate eripuit; Et deduxit eos de tene
bris & de umbra mortis. & uincula eorum disrupit. & obid; Confiteantur dno
misericordiae eius. & mirabilia eius filiis hominum; & cur eius uel misericordiae
confitendae sunt uel mirabilia p dicentur. sequentia docent; Quia contriuit
postas aereas. & uectes ferreos confringit; Uisitauit enim nos oriens ex alto.
& inluminauit errorem tenebrae; Disrupit que legis catenas. ut libero arbi
trio seruiremus; Suscepit eos de uiam iniquitatis eorum; Obseruauerat igitur
diabolus ualidissimis serris suorum aedium. aereas. ueluas a eius iure egredi
ualeret genus humanum. Quae omnia uicimus suadente uisitatione contriuit
suscipiens eum in se. Propter iustitias enim suas humiliatus sunt et exaltarentur in eo.
Omnem escam abhominata est anima eorum. & ad propinquauerunt usq: ad postas
mortis; Et clamauerunt addnm contribularentur. & de necessitatib: eorum
liberauit eos; sed uide qualiter eos liberauerit. quia omne uerbum uitae
quem prophetae pronuntiauerant abhominauerunt ei. Ad propinquauerunt
mortis; Tunc misit uerbum suum & sanauit eos; Ipsum filium qui in principio